

DE OFFICIO JUDICIS, ET COMMISSARII  
FLUMINIS OLONÆ, ET PERTINENTIUM  
AD IPSUM OFFICIUM.

**C**ommissarius Fluminis Olonæ (a) ultra biennium officium exercere non possit : & antequam de officio se intromittat, apud Acta Magistratus Extraordinarii jurare teneatur, & idoneè fidejubere (b) ad summam ducentum aureorum, se bona fide officium exerciturn, Ordines servaturum, & syndicatui (c) pariturn.

Nec possit memoratus Commissarius directè, nec per indirectum, ab habentibus jus in Flumine Olonæ, nec eorum Partiariis, vel Conductoribus etiam sponte dare volentibus, quicquam accipere, nec esculentum, poculentumve : sed contentus sit annuo salario (d), quod aureorum centum & viginti erit, modo, de quo infra, persolvendo ; alias officio privetur, aliisque poenâ mulctetur, arbitrio Senatus imponendâ.

Is quoque Commissarius, si in rem præsentem accesserit, ab aliquo Utente aquis Fuminis praedicti conductus, vel pro visitanda, vel moderanda Bucca, aut collaudandis pratis juxta Ordines (e), à Conducente, præter solidos 50. (f) singula die nihil ulterius exigit, sub poena præmissa.

Condemnare (g) autem debet Ordinibus contrafacentes ad eorum Ordinum formam, adhibitis tamen duobus Fiscalibus (h) deputatis, vel altero eorum, procedendo summarie, sine strepitu, & figura Judicii, etiam ad petitionem cuiuslibet accusantis aliquem Ordinibus contrafecisse, & condemnare, ut supra, si delatio probata fuerit per juramentum Accusatoris legitimè, & per unum Testem fide dignum ; alias absolvere teneatur.

In primordio quoque officii Flumen ipsum visitabit (i), cùgabitque quodd omnes buccæ ad formam Ordinum reducantur.

Quodd

Quod si negligens fuerit, etiam durante officio, syndicari, & puniri possit, inspecta qualitate facti, poenâ arbitrio Senatoris ad id deputandi, imponendâ.

Eliganturque per Consules Molitorum, seu ipsos Molitores à Rhaude inclusivè infra, unus; à Rhaude verò usque ad Nervianum exclusivè alter, ut supra, qui tamen non habeant prata super flumina Olona, nec utantur aquis ejusdem, nec sint Conductores, inquilini, seu pensionantes ipsorum Utentium, nec sint Agnati, vel attinentes alicujus, qui utatur aquâ dicti fluminis, usque ad tertium gradum, qui per Vicarium Provisionum approbentur, jurentque (*I*), & apud Acta Magistratus Extraordinarii etiam idoneè fidejubant usque ad summam aureorum decem, quod officium suum bona fide exercebunt, Ordines observabunt, contrafacientes denuntiabunt, contentique erunt, salario mensilio aureorum duorum, quod super condemnationibus faciendis persolvetur, nec quicquam aliud accipient, nec etiam esculentum, poculentumve, etiam à dare sponte volentibus, nec aliquem falsè accusabunt, vel accusandum prætermittent, sub fustigationis poena, & aliâ arbitrio Senatus imponendâ. Credaturque accusationi unius ex Campariis praedictis cum juramento.

Eligatur etiam per Vicarium, & Duodecim Provisionum Notarius probus, & legalis, apud dictum Commissarium, qui par modo apud Vicarii Acta jurabit officium suum bona fide facturum.

Deputabit Senatus (*m*) unum Senatorem, cui Commissarius, & Notarius, bis in anno, & ultra, ad omnem ejus Senatoris requisitionem teneantur rationem reddere gestorum in officio, sub poena privationis officii, & aliâ arbitrio Senatus imponendâ. Senatorque deputandus omnino bis in anno acta per Commissarium, Notarium, & Camparios intelligat: faciatque quod contenta in hac nova Sanctione obseruenur.

Cæterum, si quis reclamare, & querelam porrigit contra aliquam condemnationem per Commissarium factam, voluerit, id facere possit apud Senatorem deputandum intra quartiduum post factam condemnationem, condemnato prævia citatione preremptoria, & specificè monito. Senatorque ad id deputatus summiarie videat causas gravaminum, & Senatu referat, qui attenta qualitate casus, providebit, prout conveniens putaverit. Interim tamen condemnationes ad Cameram non transmittantur, nec exigantur. Quod si non curaverit cum effectu termino quindecim dierum causam expediri, non impediatur condemnationis executio.

Alveus Fluminis Olona à loco de Cerciate, usque ad locum de Castignate reducatur in formam, quod latus sit ad minus per brachia duodecim, ad brachium lignaminis, eaque alvei ampliatio fiat ab ea parte, quæ ipsi Commissario videbitur; &

Ista Commissarius exequi procuret, nisi videatur, plus, & minus faciendum, arbitrio Senatoris deputandi. Nemini liceat Rugiam elevare, nec incilia ponere, per quæ duci possit aqua ex Flumine Olonæ ad irrigationem Pratorum, nisi prius habuerit jus id faciendi, & idoneè satisdederit apud Acta Commissarii singulo anno, & in principio anni (n) pro summa decem aureorum, de non intendo aquis contra formam Ordinum. (o) Hancque fidejussionem singulo anno renovare teneatur. Sufficiatque si Dominus Pratorum fidejubeat pro se, Coloniis, & Conductoribus, nec ab eis ulterior fidejussio requiratur. Notariusque pro dicta fidejussione, nisi solidos quatuor pro mercede accipiat. Teneaturque Iducere volens aquam, ut supra, ultra præmissa habere dictam Rugiam, seu incilia, in formam infra scriptam, videlicet quod habeant pedem, cum suis (ut dicitur spallis) lapidibus, & camento factis, alrum à fundo Alvei Olonæ per tertias duas unius brachii ad brachium lignatum, capiendo mensuram per medium Alvei, & non sit latâ ultra brachia duo cum dimidio diætae mensuræ. Et qui contrafecerit, puniatur pro qualibet vice in scutis decem Cameræ applicandis. Liceatque habentibus dictas Rugias modo præmisso aquam ducere ex Flumine prædicto per ipsas Rugias ad irrigationem Pratorum suorum, videlicet à Terra Canegratæ inclusivè supra ab hora vespertina uniuscujusque diei Sabbathi, usque ad horam vespertinam diei Dominicæ sequentis, & sic per diem naturalem 24. horarum: Residuis vero, qui habent Rugias à loco Canegratæ exclusivè infra, jusque ad locum de Rhaude exclusivè, ab hora vespertina diei Dominicæ usque ad horam vespertinam diei Lunæ sequentis. Et sic per aliud diem naturalem ut supra. Residuis vero habentibus Rugias à loco Rhaude Mediolanum, ab hora vespertina diei Lunæ, usque ad horam vespertinam diei Martis sequentis. Et hæc omnia incipiendo à medio mense Martii usque ad medium mensem Septembribus cujuslibet anni. Aliis autem mensibus, & diebus, prohibitum sit prædictis aquam ducere ex dicto Flumine, salvo quod à die vigesima quarta Decembribus inclusivè usque ad decimam septimam Januarii, & sic per viginti quatuor dies continuos, possint aquam ducere ut supra hoc modo, ut qui superiores sunt, primis octo diebus utantur, medii sequentibus octo, & ultimi residuis octo. Parique modo utantur partitis diebus hebdomadæ Sanctæ, & Octayæ Paschatis Resurrectionis. Alternique se se statis diebus non impediant. Quod si quis in aliquo præmissis contrafecerit, irremissibleiter condemetur pro qualibet vice à perticis quinque Prati supra usque ad omnem quantitatem in scutis viginti quinque Cameræ applicandis. A perticis vero quinque infra in aureis quatuor, pro qualibet vice. Et intelligatur quemlibet contrafecisse, in cuius Pratis, vel agro reperta fuerit aqua defluere ad irrigationem bororum in die, vel hora, aliter quam sit concessum, ut supra.

Omnisque, qui ducunt aquam, ut supra, teneantur habere (ut vulgo dicitur *foratorem*) per quem scolatitia dictarum aquarum revertantur in Alveum Olonæ, ab ea parte Alvei, ex qua aqua ducitur, antequam attingant tertium molendinum, & hoc à Terra Parabiaghi infra. Supra verò ante quartum in ordine molendinum. Quod si aliqua Rugia habere foratorem non competatur, statim obturretur, nec aperiri possit, nisi facto foratore collaudato per Commissarium, & habens Rugiam tertio monitus, jure ducendæ aquæ privetur.

Nemini quoque liceat facere, tenere, nec habere clusam, vel impedimentum, pro derivandis aquis ex ipso Flumine, sub pœna contrafaciēti aureorum quatuor pro singula vice, & singulo impedimento. Hoc tamen locum non habeat in molendinis, nec causâ molendinorum tantum illorum, qui habent jus pretendi dictis aquis.

Molitoribus liceat irrigare omni die impunè eorum insulas, quæ non sint majoris quantitatis perticarum quinque pro singulo molendino. Teneanturque dicti molitores cum haberint aquam ad suum molendinum, tenere ostia canalium aperta, quæ fuerint necessaria ad molendinum, ita quod aqua liberè possit fluere per Alveum Olonæ. Et qui contrafaciet, punietur pro qualibet vice, & quolibet ostio, in aureo uno, applicando ut supra.

Molendina quoque existentia super Flumine Olonæ aptari debeant expensis illorum, quorum sunt, ita ut liberè defluere possit aqua ad Civitatem Mediolani, arbitrio Commissarii.

Si superfluitas aquarum fuerit propter excrescentiam Fluminis Olonæ, quæ excrescentia intelligatur, si Flumen initia ripas non contineatur, liceat eo tempore omnisibus habentibus Rugias super Flumine Olonæ, durante excrescentia derivare aquam ex dicto Flumine liberè, & impunè, & omni die, & nocte.

Universitas locorum Parabiaghi, & Rhaude quacunque die, & hora, liberè, & impunè, ducere possit aquam ex Olonæ Flumine, & eâ uti, modò non utatur ad irrigationem Pratorum, & hoc per incilia, per quæ ducere aquam solitum est, hoc modo, quod singula universitas perforari faciat lapidem marmoreum, seu siliceum, in formam, qui per foramen fluat in caym ad id factum, in quantitate unciarum sex super tertiam unius brachii, ad brachium lignaminis in longitudine dicti foraminis, & medium quartam in altitudine ejusdem. Isque lapis claudi debeat in ripa Alvei Fluminis Olonæ, lapidibus, & cémento, ita tamen quod foramen in dicto lapide existens permaneat alium à fundo Alvei Olonæ per tertiam unius brachii. Quibus sic peractis, si quis ausus fuerit lapidem removeare, vel ordinem prædictum aquæ ducendæ impedire, incurrit poenam aureorum viginti Cameræ applicandam, & suis impensis omnia in pristinum reducat. Idque obseruetur modo, ut dictum

198. DE OFF. JUD., ET COMMISS. OLONÆ. LIB. V.

est. Ex aqua modo præmisso ducenda, non irrigentur Prata, & revertatur in Alveum Fluminis Olonæ.

Commissarium Olonæ, & Camparios, nullus offendat, nec offendi faciat, nec impedit, quominus officia sua exercere possint, sub poena etiam corporali, arbitrio Senatus imponenda. Teneaturque Commissarius infrat̄ quindecim dies, postquam notitiam habuerit, aliquem vi, & potentia, (p) ducere aquam ex Flumine Olonæ contra Ordines, eum condemnare in aureis viginti quinque pro singula vice, & cum auxilio Officialium arari sacre ejus Prata, in modum, quod mutetur facies loci, & non videantur amplius Prata.

Communia quoque Burgorum, Locorum, Capsinarum, & molendinorum propinqua Flumini Olonæ ad tria millia passuum, teneantur semel in anno, si requisui fuerint à Commissario, irecum Instrumentis necessariis ad implendum fossas, per quas duci possit aqua ex dicto flumine contraria formam Ordinum, impensis tamen dominorum eorundem.

Ducentes aquam ex Flumine Olonæ teneantur construere, & manutenere pontes necessarios super aqueductibus. Cæterum si reperiri modus poterit, per quem augeri possit aqua in Flumine Olonæ, & videatur Commissario, habita tamen participatione cum Senatore deputando, opus fore bonum, & utile, id opus fiat cum consilio Peritorum eligendorum per Senatum.

Teneatur quoque Commissarius, quamprimum fieri possit, cum consilio sex Viatorum, (q) habentiū Prata in Valle Olonæ, purgari facere fontes veteres, & novos, ex quibus aqua fluat, vel defluxerit in Alveo Olonæ, in eis locis, in quibus videbitur expediens, & utile pro augendo aquam in dicto Flumine, idque fiat expensis habentium Prata, & molendina suis per dicto Flumine, & quarum experiarum distributionem faciat Commissarius cum participatione dictorum sex Viatorum.

Et si quis divertet aquas dictorum fontium, vel aliter impediverit, quominus in Flumen Olonæ decurrant, puniatur in aureis centum, & majori poena arbitrio Senatus.

Liceat etiam Dealbatoribus sustaneorum, aciarum, & drapporum, & confientibus lateres, & tegulas, quoquinque die, & tempore pro arte sua exercenda tantum (r) ducere aquam necessariam, & utilem, ex Flumine Olonæ, ea tamen lege, ne ad alios usus divertant, sub poena aureorum quinque.

Denique si contingat, plures personas habere jus in eodem aqueductu, & aliquæ fuerint diligentes in faciendis impensis circa praedicta, & aliquæ remittentes fuerint, vel negligentes ad contribuendum pro rata portione dictis impensis, eo casu diligentes totâ aquâ utantur dictis remittentibus, vel negligentibus spectante, nec uti aquâ possint, donec solvetint ratam suam portionem dictarum impensarum. Eo amplius, quod si per annum

atium steterint, quod non solvant, jure aquæ ducendæ in perpetuum priventur, & illud jus diligentibus, qui fecerint impensam, accrescat ipso jure, sine aliqua Judicis declaratione.

Condemnationes, quas faciet Commissarius, ad Cameram Extraordinariam transmittat, & pecuniae, quæ ex eis exigentur, penes unum per Magistratum Extraordinarium eligendum deponantur, de quibus quantum sit respectu dimidiæ partis, nihil disponi possit, nisi à summa salarii præfati Commissarii, & Campariorum supra, quia super ea dimidia parte omnino satisfaciendum est salario dictorum Commissarii, & Campariorum. Et propterea nullæ compositiones fieri possint (s), quod sunt infra dimidiæ partem eatum. Nec aliquæ assignationes de eis condemnationibus fieri possint, respectu dictæ dimidiæ partis, & factæ nullius sint effectus, & momenti. A dictis vero salariis supra disponat Fiscus, prout eidem videbitur.

Et quia in moderandis buccis necessaria est opera Architecti, seu Ingenierii, idè sancitum est, per Senatorem deputandum unum ex Ingenieriis Communis Mediolani, vel Fisci eligi debere.

Post conditas hasce Constitutiones orta sunt nonnulla dubia apud Praefatos aquarum, quorum resolutionem ut potest dependentem ab interpretatione ipsarum Constitutionum, & juris municipalis petierunt à Senatu; & respectu aquarum Fluminis Olonæ dubium erat, num licet aquas derivare omnibus illis, qui Puccas super dicto Flumine habebant tempore antiquorum, vel novissimorum Statutorum Mediolani, cum in ambobus Statutis cautum esset cuilibet habentibz Buccam super Flumine Olonæ licere aquas derivare diebus ibi expressis; Senatus autem respondit, jus derivandi dictas aquas competere habentibus Buccam tempore Statutorum novissimorum, ut ex eius Ord. 25. Septembri 1555.

Super uso aquarum hujus Fluminis ortæ sunt graves controvæ inter Utentes, & Regium Fiscum prætendentem, dictum Flumen esse juris Regiæ Cameræ, quæ postmodum conciliata sunt media Transactione, in qua erogata ex parte Utentium quadam pecuniariuin suminâ conventum extitit, quod ipsi licet derivare aquas Fluminis Olonæ liberè, & absque ulla exceptione, ac cessante omni impedimento ex parte Regii Fisci, & ut latius apparet ex Instrumento Transactionis receptio, die 7. Maii 1610, à Joseph Crasso Regiæ Duc. Caim, & Mediolani Notario.

Flumen Olonæ delineatum fuit cum omnibus suis Aedificiis, Pratis, & Satoribus anno 1606 ab Ingeniero Petro Antonio Barca ejusdem Fluminis Architecto in executionem Literarum Senatus diei 13. Junii ejusdem anni.

Ubi contingat per Magnificum Senatorum hujus Fluminis Conservatorem fieri aliquam Ordinationem exequendarum ab Utentibus aquis ejusdem Fluminis, inter quos adesse solent Personæ Ecclesiastice, ac Monasteria Regularia; loco peculiaris illius intimationis publicanda est per publicum Edictum, ut præscribitur in Ord. Senatus 19. Julii 1623. in novis Addit. ampf. in fine hujus Volum.

(c) **Judex, & Commissarius** hujus Fluminis olim eligebatur duumtaxat ab Excellentissimis per tempora hujus Domini Moderatoribus, ut constat ex Literis Patentibus in Archivo Officii existentibus; nunc vero eligitur à Regio Concessionario vigore facultatis substituendi, factaque nominatio ne, prævio voto Magnifici Senatoris Conservatoris, approbatur à S. E. mediis Literis Patentibus, quæ in Cancellaria Secretiori expediuntur, servatis in reliquis iisdem solemnitatibus, quæ cum aliis Regiis Judicibus sunt in praxi.

(d) **Hæc fiducijs præstatur** apud Cancellarium Confiscationum.

208 DE OFF. JUD., ET COMMISS. OLONÆ. LIB.V.

- (c) Syndicatur Fluminis Olonæ eligitur à Magnifico Senatori Conservatore, & à Senatu approbatur.
- (d) Hoc salarium Judex Commissarius exigit à Thesaurario Confiscationum præviis Magistris Literis.
- (e) Ad tollendos abusus in dies orientes circa usum aquarum hujus Fluminis, plures emanarunt Ordines Senatus, quorum præcipuus est ille diei 24. Maii 1575. pro Fluminis, reformatione relatus ex Ordinatione Amplissimi olim Patria Conservatoris Don Hieronymi Montii, de qua pro obseruaria fit mentio in Ord. Senat. 22. Junii 1607. *in novis. Addit. impræf. in fine bujus Volum.*, & in aliis Senatus Consultis, ac Edictis ex Ordine Magnificorum per tempora Conservatorum promulgatis.
- (f) Ex recentissima Ordinatione 24. Maii 1575. aucta fuere honoraria cuiuslibet Dietæ ad libras undecim, & solidos decem octo; ab anno 1642. usque ad 1643. ad libras duodecim, & Magnifico Conservatori usque ad libras triginta sex; ab inde vero cieta aucta fuere ad libras quatuordecim pro singula die, & quolibet Officiali, & ad libras quadraginta duas pro Magnifico Conservatore.
- (g) Haec condemnationes fiebant super Podio Officii in Regia Curia Mediolani, mox in Regio Officio Egr. Capitanei Justitiae, ubi translatum fuerat Officium Olonæ; nunc vero sunt Domi Notarii Cancellarii, ubi redactum fuit dictum Officium ex decreto Magnifici Conservatoris Comitis Senatoris Arconati diei 9. Octobris 1631.
- (h) Uno nempe Advocato, & altero Syadico.
- (i) Hæc Visitatio fit à loco Fraschioli, ubi Flumen inchoat, usque ad hanc Urbem, ut fuit præscriptum in dicta Ordinatione diei 24. Maii 1575.
- (j) Isti Campani tenentur præstare consimile juramentum etiam in actis Cancellarii Fluminis; debent etiam comparere alternis quindécim diebus pro singulo Campanio ad consignandas in Officio denunciations in coram libro describendas, & super contentis in iisdem denunciationibus jurare in manibus Cancellarii, reportata fide comparitionis, sub pœnis contentis in Ordinibus Magnifici Conservatoris Don Joannis Sondrati 7. Julii 1632.
- (k) Ex recepta consuetudine Senator in Conservatorem hujus Fluminis non amplius à toto Senatu, sed à solo ejusdem Præside deputarur, & habet auctoritatem impariendi illas providentias, quas pro bono regimine hujus Fluminis opportunas esse cognoverit juxta Decretum Senatus 12. Julii 1619.
- (l) Tempus præscriptum Utentibus hujus Fluminis ad præstandam fideiunctionem incipit à die prima Januarii, & durat usque ad diem vigesimam quintam Martii cuiuslibet anni, ut declaratum fuit in Proclamate Magnifici Senatoris Conservatoris Don Marci Aresii 12. Junii 1682. , & Magnifici Senatoris Conservatoris Marchionis Don Cæsari Pagani 13. Julii 1688.
- (m) Forma servanda circa usum aquarum præscribitur in memorata Ordinatione Magnifici Conservatoris Senatoris Montii 24. Maii 1575. confirmata in successivis Edictis Magnificorum per tempora Conservatorum.
- (n) Ex Ordine Amplissimi Conservatoris Senatoris Don Joannis Baptista Rinaldi 17. Maii 1563. missum fuit Satellitum Campestre ad sustendum Domini Abutentium, corundem expensis, cum interratione Buccarum usque ad completam solutionem scutorum quinquaginta pro singulo.
- (o) Sex Viri, de quibus fit mentio in hac Constitutione, vocantur Syndici, & eliguntur à Magnifico Conservatore.
- (p) Isti, quibus permisum est ab hac Constitutione ducere aquas hujus Fluminis pro exercitio eorum artis, debent obtinere facultatem à Judice Commissario ex motivis, de quibus in Proclamate Magnifici Conservatoris Marchionis Don Hieronymi Erba 27. Julii 1734.
- (q) Compositiones pro condemnationibus fieri nequeunt sine participatione, ex decreto Magnifici Conservatoris ex Ordine S. L. prævio voto Consilii Secretioris, emanato die 22. Decembris 1642.

## DE OFFICIO GUBERNATORUM

## STATUTORUM.

**O**MNES OFFICIALES CIVITATIS MEDIOIANI TENENTUR OMNES. CRIDAS, ORDINES, PROVISIONES, LIMITATIONESQUE, PRETIA TAXANTIA CARNIBUS, PISCIBUS, LIGNIS, & ALIIS. VICTUALIBUS REBUS, & QUÆCUNQUE DECRETA, & STATUTA FACIENDA, & QUÆ SERVARI LEBEANT, LIBERÈ, & SINE ALIQUA EXCEPTIONE, STATIM DEFERRI, & CONSIGNARI FACERE AD OFFICIUM GUBERNATORUM STATUTORUM DICTÆ URBIS. ¶ TUBICINES TENENTUR, PUBLICATIS PRÆMISSIS, EAS ORIGINARIAS DICTA OFFICIO CONSIGNARE, SUB POENA OFFICIALI, & TUBICINI CONTRAFACIENTI PRIVATIONIS OFFICII.

Eo amplius sanctum est, quod quibuscumque Decretis, Statutis, Literis, Provisionibus, Cridis, & aliis scripturis, de quibus in praecedenti Constitutione fit mentio, sive publicum, sive privatum, commodum concernant, ad dictum Officium Gubernatorum registratis, plena, & indubitate fides adhibetur, tam in iudicio, quam extra, quemadmodum originalibus, & publico Instrumento adhibetur.

Sanctum etiam est, quod citationes, & quæcunque aliæ scripturæ, quæ publicantur sono tubæ ad Scalas Palatij Civitatis Mediolani, eâ die pér copiam ad Officium Gubernatorum Statutorum Mediolani dimittantur, qui sine impensa partium infantilium ponant, ad finem, ut quilibet notitiam habere possit, & copiam, cui creditur, ut in praecedenti Constitutione cautum est.

Cridæ, citationes, & aliæ scripturæ, quæ ex forma harum Constitutionum consignari debent Officium Gubernatorum Statutorum Mediolani, si saltem intrâ unam diem non consignentur, sint nullæ, nulliusque valoris, & momenti, nec exequantur. ¶ Et eo amplius Officiales contrafacentes teneantur ad refectiorem expensarum, damnorum, & interesse damnum passo.

Gubernatores Statutorum non possunt ab albo Bannitos delere, nisi haberint ordinem à Judice cause, coram quo talis delendus fuerit processatus. Ord. Senat. 31. Martii 1641.

Quænam scripturæ, & Acta gratis recipi debeant ab hisce Gubernatoribus, eorumque Officialibus; quidve ipsis solvendum sit pro scripturis, & aliis, pro quibus merces debetur, præscribitur in Ordinibus factis à Collegio Causidicorum, & Notariorum hujus Urbis, & confirmatis à Senatu in Ordine 2. Octobris 1573. in noviss. Addit. impress. in fine bujus Volum.

FINIS CONSTITUTIONUM.